

VOTÍVA, Dómine, dona percépi-mus: quæ sanctorum nobis précibus et præsentis, quæsumus, vitæ páriter et æternæ tríbue conférre subsidium. Per Dóminum.

*Commemoración de la octava de Navidad.*

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus: ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinæ nobis generationis est auctor; ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui Tecum vivit et regnat.

#### POSCOMUNIÓN

Recibidos los dones que te hemos ofrecido, haz, Señor, que, por intercesión de estos santos, nos confieran auxilios para la vida presente y la eterna. Por nuestro Señor Jesucristo.

Concede, te rogamus, oh Dios omnipotente, que habiendo nacido hoy el Salvador del mundo, así como es para nosotros el autor de la generación divina, sea El también el dador de la inmortalidad. El cual vive y reina.

## PROPRIO DE LA MISA LOS SANTOS INOCENTES

### Mártires

*28 de Diciembre - Fiesta clase 2.ª - Rojo*

*Salmo 8.3,2* INTROITO

EX ore infantium, Deus, et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Ps. Domine Dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra! V. Gloria Patri.

¡Oh Dios!, para confusión de tus enemigos has puesto una perfecta alabanza en la boca de los niños y de los parvulitos. Salmo. Dios y Señor nuestro, ¡cuán admirable es tu nombre en toda la tierra! V. Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, cujus hodierna die præconium Inocentes Mártyres non loquendo, sed moriendo confessi sum: omnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam moribus vita fateátur. Per Dominum.

¡Oh Dios!, cuyo testimonio dieron en este día los Inocentes Mártires, no hablando sino muriendo, mortifica en nosotros todas las malas pasiones, para que profesemos con nuestras costumbres la fe que confiesa nuestra lengua. Por nuestro Señor Jesucristo, tu Hijo.

*Commemoración de la octava de Navidad.*

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Concede, te rogamus, ¡oh Dios, omnipotente!, que la nueva Natividad, según la carne, de tu Unigénito, nos libre a los que la antigua servidumbre nos tiene bajo el yugo del pecado. Por el mismo Jesucristo.

*Apocalipsis 14.1-5*

IN diébus illis: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quátuor millia, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis. Et audívi vocem de cælo, tamquam vocem aquárum multárum, et tamquam vocem tonítrui magni: et vocem, quam audívi, sicut citharæ-dórum citharizántium in citharis suis. Et cantábant quasi cánticum novum ante sedem, et ante quátuor animália, et senióres: et

EPÍSTOLA

En aquellos días: Yo, Juan, vi sobre el monte de Sién al Cordero que estaba en pie, y con él a ciento cuarenta y cuatro mil, que tenían sellado sobre sus frentes el nombre de él y el de su Padre. Oí también un coro del cielo, semejante al ruido de muchas aguas, y al estampido de un trueno grande; y el coro que oí era como de citaristas que tañían sus citaras. Y cantaban un cantar nuevo ante el trono, y delante de los cuatro animales y de los ancianos; y nadie podía cantar aquel cántico, sino aquellos

nemo póterat dicere cánticum, nisi illa centum quadraginta quátuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum muliéribus non sunt coinquináti: vírgines enim sunt. Hi sequúntur Agnum, quocúmque ierit. Hi empti sunt ex homínibus primitiæ Deo, et Agno: et in ore eórum non est invéntum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei.

*Salmo 123.7-8*

ANIMA nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. *Ÿ.* Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum et terram.

*Salmo 112.1*

ALLELUIA, alleluia. *Ÿ.* Laudate, pueri, Dominum, laudate nomen Domini. Alleluia.

*Mateo 2.13-18*

IN illo témpore: Angelus Dómini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, et accípe púerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futúrum est enim, ut Heródes quærat púerum ad perdéndum eum. Qui consúrgens accépit púerum, et matrem ejus nocte, et secéssit in Ægyptum: et erat ibi usque ad obitum Heródis: ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam dicéntem. Ex Ægypto vocávi Fílium meum. Tunc Heródes videns quóniam illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit omnes púeros, qui erant in Bétlehem, et in ómnibus finibus ejus, a bimátu et infra, secúndum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimplétum est quod dictum est per Jeremíam prophétam dicéntem: Vox in Rama audita est, plorátus, et ululátus multus: Rachel plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

ciento cuarenta y cuatro mil que fueron rescatados de la tierra. Éstos son los que no se mancillaron con mujeres, porque son vírgenes. Éstos siguen al Cordero doquiera que vaya. Éstos han lido rescatados de entre los hombres como primicias para Dios y para el Cordero, ni se ha hallado mentira en su boca, porque están sin mancha ante el trono de Dios.

GRADUAL

Nuestra alma escapó, como pájaro, del lazo de los cazadores. *Ÿ.* Rompióse el lazo, y quedamos libres. Nuestra ayuda esta en el nombre del Señor, que hizo cielos y tierra.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ.* Alabad, niños, al Señor, alabad su canto nombre. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Apareció en sueños el ángel del Señor a José y le dijo: Levantate, toma al Niño y a su madre y huye a Egipto. Y estáte allí hasta que yo te avise, porque Herodes va a buscar al niño para matarlo. Levantóse José, tomó al Niño y a su madre de noche, y se retiró a Egipto. Permaneció allí hasta la muerte de Herodes, para que se cumpliese lo que dijo el Señor por bora de su profeta: De Egipto llamé a mi Hijo. Entretanto, Herodes, viéndose burlado de los magos, se irritó sobremanera, y mandó matar a todos los niños que habia en Belén, y en todas sus cercanías, de dos alios abajo, conforme al tiempo de la aparición de la estrella, que habia averiguado de los magos. Viose cumplido entonces lo que predijo el profeta Jeremías diciendo: En Ramá se oyen voces y muchos lloros y alaridos. Es Raquel que llora a sus hijos, sin querer consolarse, porque ya no existen.

*Salmo 123.7*

ANIMA nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus.

SANCTÓRUM tuórum, Dómine, nobis pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dominum.

*Commemoración de la octava de Navidad.*

OBLATA, Domine, munera Unigeniti tui nativitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapíamur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

*Communicantes de Navidad.*

*Mateo 2.18*

VOX in Rama audita est, ploratus, et ululatus: Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt.

OFERTORIO

Nuestra alma escapó, como pájaro, del lazo de los cazadores; rompióse el lazo, y quedamos libres.

SECRETA

No nos faite, Señor, la piadosa oración de tus santos, la cual te haga gratos nuestros dones y nos consiga siempre tu perdón. Por nuestro Seíior Jesucristo.

Santifica, Señor, los dones ofrecidos en la nueva Natividad de tu Unigénito: y límpianos de las manchas de nuestros pecados. Por el mismo Jesucristo.

PREFACIO DE NAVIDAD

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, pues por el misterio del Verbo ha brillado a los ojos de nuestra alma un nuevo resplandor de, tu gloria, para que, conociendo a Dios bajo una forma visible, seamos atraídos por el amor de Las cosas invisibles. Y por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejercito celestial cantamos el himno de tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

En Ramá se oyen voces y muchos lloros y alaridos. Es Raquel que Bora sus hijos, sin querer consolarse, porque ya no existen.